

*Dissertatio Medica*

4970

c.2

DE

# VARIA FEBRIUM INTERMITTENTIUM CURATIONE,

Quam,

*Cons. Exp. Fac. Med. Ups.*

167

B5

PRAESIDE,

Viro Illustri, Generosissimo

## D. D. CAROLO à LINNE,

S. R. M. ARCHIATR. EQ. AUR. DE STELLA POL. MED. ET BOTAN. PROF.

R. O. ACAD. PAR. PETROP. IMP. N. C. HOLM. UPS. LOND. ANGL.

FLOR. BEROL. MONSP. TOLOS. BERN. EDINB. NIDROS.

CELL. PHILADELPH. ZELAND. MEMB.

PRO GRADU DOCTORIS,

In Audit. Carol. Maj. D. II. Dec. 1771.

*Horis a. & p. m. Solitis.*

Exhibit

PETRUS C. TILLAEUS, *Vestmannus*,

Auctor.

---

UPSALIÆ,

TYPIS EDMANNIANIS.

*In Mag. Doct. Ramius.*

AVANT  
MUNIBUS  
MULTITUDINIBUS  
ESTATIONE

Non fingendum, aut excogitandum, sed invenientur  
quid Natura faciat, aut ferat. BACON.

PERIUS C. TITIANUS  
Argon

ULSALICE

TURGEON

§. I.

P'urima, eaque diversissima, omni ævo, contra febres intermitentes, celebrata fuisse remedia, non mirabitur, qui, de natura, indole & causa harum febrium proxima, innumeras fere Auctorum Theorias & opiniones, pro cuiusque eorum, systemata morborum condiendi ingenio & solertia, excogitatas, perpenderit. Mei non fert instituti ratio, cum nec temporis angustia, nec vires tenellæ hoc admittant, omnes, quotquot in scriptis occurruunt de hac re, Medicorum sententias jam commemorare. Harum etjam pleræque tam absurdis prorsus nituntur luxuriantis ingenii commentis, ut æternæ oblivioni & silentio numquam rumpendo, jure, vel optimo, tradi debeant. Quædam tamen mitiorem ideo merentur censuram, quod fundamento validiori, saniorisque mentis, variis non obrutæ præjudiciis, ratiocinio fultæ superstruæque videantur. Harum jam, missis omnibus, tam antiquioris, quam recentioris temporis fictionibus theoreticis, mentionem inferre, brevissimam licet, mecum constitui, doctrinæ, qua, lese nostra potissimum ætate, medicinæ cultoribus commendarunt, explorandæ caussæ maxime ductus. In arduo vero & perdifficili hoc opere peragendo, magnopere mihi venit expetenda *Candidi Lectoris* benevolentia & æquitas; cumque labi sit humanæ fortis, laben.

tem vero erigere probi intersit hominis, omni humanitatis officii spe destitutum me non fore, certus confido, dum mea qualisunque, de auditorum iudiciis, sensa, pro modulo ingenii, modeste simul exponere ausus fuero.

## §. II.

In primis, sic dictis, viis, VENTRICULO nempe & canali intestinali, veram febrium intermittentium caussam plurimi se invenisse putarunt. Inter primos, theoriz huic mire deditus Laur. BELLINUS in systematis formam, hanc rediget hypothesis a), ejusque postea, reliqui omnes, mutatis parum mutandis, institerunt vestigiis. Is, cum zegrotos, hoc febrium genere affectos, videbat interdum vomitu viscidum quoddam ejicere, gelatinæ ad instar tremulans, in ventriculo eorum mox statuit morbi focum & somitem esse querendum, eo scilicet modo, ut viscidæ, qua ventriculum auguratus fuit onustum, blennæ pars, die a febre libero, aliqua, nescio qua, ratione soluta, inque sanguinem absorpta, paroxysmos excitaret periodice revertentes. Hujus, in genere, opinio- nis sectatores, qua specialiorem illius explicationem, vario videmus desistentes modo. Sic, Franc. de le Boë SYLVIUS \*), a valvulis in ductu pancreatico ad tempus obstructis, febri-les deduxit motus; ejusque etiam ad stipulari videtur assertioni Chr. Democr.

---

a) in Opere de Febribus Bonon. 1683.

\*) Prax. Medic. Id. nov. 1667.

*mocr.* DIPPELIUS *b*), licet paullo subtilius illam expolire fuerit conatus. *Th.* WILLISIUS chylum acidum, totam sanguinis massam, fermento quasi inquinantem, originem posuit motuum horum febrilium; nec parum abludit *Steph.* BLANCARDUS *c*), qui ex assimilatione chyli impedita, febres tradit oriri intermitentes. FERNELIUS *\*\*)* denique & RIVERIUS, a bile in duodeno nidulante, hoc morborum genus excitari, hariolati sunt.

Sententiis horum, ut mirum in modum absconsis, plane quidem fastidiant illi Neotericorum, qui generalem, de febrium intermittentium origine, theoriam, per vitia in primis viis explicabilem, admittunt. In dogmatum suorum demonstranda veritate, aliam ingressi sunt viam, ex symptomatibus & curatione morbi, argumenta capientes. Sic, *cibi inappetentiam, nauseam, vomitum, ructus, linguæ saporem perversum, fitim, anxietates præcordiorum, cetera*, tot ponunt febris, ex organo digestionis & chylificationis perturbato, exortæ indicia; cumque porro, remediis vel *emeticis*, vel *purgantibus*, has perhibent febres *unice* fuisse profligatas, eo majus inde opinioni acceptæ robur addi, sibi gratulantur. Inter Recentiores saltem juvat nominasse *J. JUNKERUM d*) *D. S. MADAI e*), & *Henr. Jos. RE-*

A 3

GA

*b*) Morb. & Medicin. vitæ animal. p. 75, 76.

*\*\*) de abditis reruin causis L. II. 1548.*

*c*) Lexic. Medic.

*d*) Conspect. Med. Th. præst. Tabb. 78, 79, p. 641. 649.

*e*) Abhandlung von den Wechsel Fiebern p. 148, ubi de febre perdiffusum agit tertianam.

GA f), in eo in primis occupatum, ut ventriculum prober plurimorum esse morborum caussam generalē.

Ut paucis de doctrina hæc, qua ventriculus & intestina in caussa ponuntur febrium intermittentium, mentem meam aperiam, eo minus me assentire, profiteor, sententiæ *Bellinianæ*, quo certior sum, febres dari intermittentes, in quibus nil uspiam vestigii invenire licebit viscofæ talis materiæ, per vomitum ejectæ. Ceterum, febres illæ intermittentes, a loco, quem occupant corporis specialiori, dictæ *Topicæ*, satis ostendunt, caussam in ventriculo aut intestinis haud esse inveniendam, cum nec methodo curationis obtemperent evacuatoriæ g), nec probatu facile esset, partem corporis, ab imo ventre saepe remotissimam, febre tantum affici, vitiata existente tota digestionis & chylificationis officina, unde majus in corporis partes nobiliores, primisque viis propiores, certe immineret febris accendendæ discrimen. Pituitam etjam immerito pro caussa harum accusari febrium, evidenter demonstrant observationes, quæ, sub ipso *Salivationis Mercurialis* usu, febres obortas fuisse intermittentes, nos faciunt certiores h). Etenim his in casibus, humorum viscositas, si qua fuerit, hydrargyri ope plane fuisse soluta, sanguisque liquidissimus.

Quod

---

f) Tractat. de Sympathia Cap. XIII.

g) Cfr. illustr. v. Svieten in Comment. ad Aphor. 757.

h) Tales in praxi sua obvios fuisse casus illustr. refert van Svieten in Commentar. ad Aphorism. 757.

Quod ad illas attinet objectiones, quæ ex symptomatibus, *antea dictis*, ab Auctoribus depromi solent, non quidem deneganda est observationibus eorum fides nostra, quin potius lubentissimi in eandem nos rapimur experientiam. Illa enim teste quotidiana, ejusmodi malis sæpenumero intermittentibus stipari febres, plane sum convictus. Ex horum autem symptomatum præsentia, caussam ipsius febris primis inhaerere viis, perperam judicari crediderim, cum etiam illis absentibus, febris tamen æque maneat intermittens, eorumque accessio in his febribus ac in continuis & phlogisticis, nil nisi morbi deteriorem designet statum atque conditionem. Quis, quæso, unquam diceret, Pleuritidis vel aliis febris inflammatoriæ caussam, in capite ideo quæri debere, quod ægrotus de capitib[us] conqueratur dolore? Pro symptomate hoc potius haberet febribus quibuscumque per consensum maxime familiare. Idem de symptomatibus in febre intermitte occurrentibus, esto judicium.

Nec eorum ab omni parte stare possum, qui, febres intermitentes ope remediorum, vel *emetoram*, vel *purgantium*, spredo omni alio auxilio, unice sanatas fuisse volunt, quo de origine & fomite harum febrium in primis viis latente, nos convincant. Notum enim est, quamque notissimum, post horundem remediorum sat diu persæpe protelatum usum, ad alia præsidia, remedia illa sic dicta *febrifuga*, tamquam ad sacram nos confugere debere anchoram, quibus tamen, si priora om-

ne curationis absolverent opus, ut minus necessariis, commode carere possemus. Quid, quod, metus recidivæ, post febrim specifico curatam, unico, vel mitissimo dato remedio purgante, mox imminet, quæ morbi reversio, nunquam certe esset pertinencenda, si fomes & caussa mali, ope evacuationis alvinæ, tota quanta expelli posset. Mecum hac in parte convenientur Celeb. Viri *Sydenham i), van Sietens k), Senac l)*.

### §. III.

In SPASMODICA *systematis nervosi affectione*, legitimum febrium intermittentium ortum & fontem, alii posuerunt, in arte salutari, viri clari. Veteres dudum in eandem incidisse opinionem, BORELLUS, J. JONES, BESANCON & G. COLE nobis erint documento, pluribus ut supersedam exemplis. *Borellus* recursum & fermentationem succi nervosi, in transitu per nervos & glandulas in *vasa lymphatica*, obstructi, caussam ponit proximam *m*). *J. Jones* crudas, acidasque sanguinis particulas, in superficie corporis hærentes & fibras ibi nerveas vellicantes, afferit *n*). *Besançon* etiam ab

---

*i)* Monet hic *Celeberr. Vir*, a levissima catharsi, immo ab enemate molliissimo ex lacte saccharato, recidivæ periculum imminere. *Vid. Ejus Epist. respons. I. p. 386.*

*k)* in *Commentar. ad Aph. 757*, ubi testatur febrium horum praesidio nunquam iri curatum, verum potius tali methodo tractatam, reddi pertinaciorem, & altiores figere radices. Cfr. *Sydenham Sect. I. C. 5. p. 114. Bagliv Prax. Medic. L. II. C. X. §. II. V.*

*l)* in *Tractatu de recondita febrium natura*. p. 7.

*m)* de *motu Animal*. p. 2. C. 22. prop. 225, pag. 289, &c.

*n)* de *morbis abstrusioribus*, *Tract. I. de febr. intermit.* Lond.

\* \* \*

ab aciditate sanguinis, nervosum succum credit infectumiri o); & Cale demum, caussam latitare autem in nerveo succo, nescio qua ratione, depravato, unde primo in partium fibrosarum intervallis lacinatio & rigor, deinde iis acribus particulis, in sanguinem receptis, calor succedat p). Futiles vero hæ omnes explicationes, non nisi vanas suorum Auctorum sapiunt conjecturas, ineque ad ea jam properare incitant tempora, in quibus scientia nostra majoribus inclaruit luminibus; Immortalem, loquor, BOERHAVE, ejusque Commentatorem illustriss. VAN SVIETEN, Fr. HOFFMAN, S. SCHULZE, J. Tb. ELLER, J. de GORTER, Chr. G. LUDVIG, nostrumque b. m. S. AURIVILIUM, qui omnes, pro vindicanda febrium intermittentium origine a spasmodica nervorum constitutione, desudarunt. Variis, sententiam suam desensitare conati sunt argumentis, ad quinque tamen commodissime referendis, quorum jam sequenti ordine, mentionem inferre lubet. Notarunt 1:o Febris hasce sapissime ab affectibus animi fuisse excitaras q); 2:o subitos, insignesque animi motus, quandoque febres sanasse intermittentes r); 3:o Paroxysmos interdum cum convulsionibus invasisse

B

ægrotan.

---

o) Nouveau traité des fièvres, où l'on explique la cause & la nature de ces maladies, &c.

p) Nova hypothesis de febr. intermitt. Lond. 1693.

q) Ejusmodi refert Exemplum v. Svieten in suis ad Aphor. 755. Commentar. & Tralles usus opii sal. & nox. S. II. C. II. §. 4. p. 70.

r) van Svieten loc. citato.

ægrotantes s ); 4:o *Eadem*, quæ in epilepticis laup-  
dari solent affectibus, remedia *Antispasmodica*, in his  
febribus præclaro se gessisse usū; e. gr. *Ol. anima-  
le*, *Cajeput*, (*Melaleucæ Leucadendræ*), *Cornu Cer-  
vi*; *Tberiaca*; *Pilulæ Vildegansi*, ceteraque *Opiata*.  
5:o denique, *Corticem Peruvianum*, efficacissimum  
illud ad omnes febres intermitentes remedium, a-  
deo pulchrum etjam in morbis hystericis & hypo-  
chondriacis habere usum t ), in primis autem profu-  
isse illis in casibus, ubi validissimi aderant spasmī,  
testē *Sydenhamo* u ).

Modum jam ipsum, quo spastica hæc nervosæ  
fabricæ stricitura oboriri possit, subtile satis & in-  
geniose, an recte? demonstrare voluerunt nonnul-  
li. *De Gorter*, vasorum sangvineorum internas ca-  
vitates, peculiariter quodam mucilaginoso humore cre-  
dit obductas, quo adversus acrimoniam sangvinis  
munitantur; illius proventu, ex certis causis ces-  
sante, irritari tunicas vasorum nerveas & hanc ir-  
ritationem producere spasmum febrilem. *Chr. Gottl.  
Ludvig v* ), lentorem sangvinis, circulationem in  
minimis vasis totius corporis, potissimum vero mu-  
sculorum & nervorum, langvidiorem efficientem,  
existimat, quo facto, fluidum nerveum in motu  
suo cohibito, spasticos excitat tremores. Ill. van  
*Svie-*

s) v. *Svier. I. c.* & Generosiss. D. Archiatr. & Eqv. *Rosen* v. *Rosen-  
stein* in *Colleg. Suo Mscopra* testatur se idem in studioso juvene vidisse e-  
xemplum,

t) ut verbis ipsis utar v. *Svier. I. c.*

u) *Dissertat. Epistol. p. 519.*

v) *Prax. Clinic. Cap. de febr. intermitt.*

\*) ii (

**S**vieten x) cum *Bærbave* eandem foveat sententiam, in adstruenda, scilicet, viscositate liquidi arteriosi, & nervosi, tam cerebri, quam cerebelli, cordi destinati, inertia, unde vis cordis erit debilior ad sanguinem in arterias propellendum, earumque minor, in suum contentum fluidum, reactio, eodem tempore, dum cor est in diastole. Hinc frigus extremonum corporis, facile venit explicandum. Ut tandem colophonem huic addam materiæ, mentem tantum adferre liceat non neminis, qua, spasmi hi febriles a materia quadam acri & irritante, ad certas corporis partes devecta, paroxysmorum vero ope pedetentim diminuenda, emerge-re censentur. Utque robur huic assertioni accedit, ad metastases provocatur febriles, post quartanam, illamque febrim intermittentem, qua infantes prima vice afficiuntur, enasci consuetas, quæ, quamdiu loco permanent suo, a febre prorsus liberare, illis vero retrocedentibus, febrim iterum & novo excitare, valent.

#### §. IV.

Nominatarum saepe febrium originis culpam, nec desunt qui in HEPAR conferre student Medici Scriptores, quorum præcipui mihi nunc nominandi veniunt inter recentiores, MADAI & SENAC. Alter, in stagnatione, coacervatione & concretione spissiorum in hepate humorum, causam ponit materialem

terialem y); alter in ipsa bile ejusque viis obstruetis, eandem querit z). Ex colore corporis subflavo, in primis vero tunicæ oculorum adnatæ & faciei, atque induratione jecinoris in iis, quos diu vexaverit febris intermittens, de vitio quodam in hoc viscere latente, facile nobis esset concipienda suspicio, ni obstarent rationes, de hac theoria nos in dubium adducentes. Etenim, ut verba ipsa mutuer Nobiliss. Prof. & Medic. Regii b. m. S. Aurivillii a), obscuritatem inducit, quod iisdem ex caussis, haud quaquam in singulis, qui earundem patiuntur vim, febres hæc accendantur, sed aliis hi interdum corripiantur morbis. Præterea scimus Icterum, legitimam bilis in suis meatibus præpeditæ sobolem, febres communissime subsequi intermitentes, easque quasi mora diuturniori in hunc degenerare chronicum morbum, vel ex neglectu tam rectæ vietis rationis, quam remediorum salubriorum, vel alia quacunque ex caussa.

Materiæ huic, in qua jam fui occupatus, antequam finem penitus imponam, non injucundum, spero, fore Lectoribus, si novissimam Generosissimi *mei* PRÆSIDIS, de febribus intermittentibus Theoriam, illis communicaverim. Palmam facile omnibus præripit hæc ingeniosissima *Tanti Viri* opinio, quæ, intricatissimam, in origine harum febrium

a) p. 69, 190, 198.

z) de recond. febr. nat. L. I. C. III. Huc etiam referas Cleghorn, Observ. on Epid. dis. in Minorca p. 124.

a) Vid. Elegantiss. Ejus Dissert. de febrib. intermitt. malignis. p. 19.

febrium indaganda, acu quasi, rem tetigisse merito videtur.

In antecessum notare expedit, eam hoc loco non intelligi *Illiustiss. Viri*, de causa febrium intermittentium proxima, mentem, quam in *Amoenitatibus suis Academicis T. I.* sub nomine *Hypothesos de febrib. interm. novæ*, inseri curavit *Genero. siff. PRÆSES*. Indefesso enim studio & indagatione consummatissima, illius substituit loco, quam amplexus fuit noviorem Theoriam, hancque, pro gratia sua solita, faventissime etiamnum mihi impertiri dignatus est.

### §. V.

Transpirationem corporis nostri insensibilem, quodammodo lœsam, in his febribus producendis, omne fere punctum ferre, gravissimis evinci potest argumentis b). Cito hanc suppressi perspirationem, ab aura vel levissime frigida, dum subitanæ, in frigidorem statum, caloris mutationi, incaute corpus exposuerimus, omnibus manet in confessu. Attractioni vero, qua humiditatem aëris, poris apertis, avidissime recipit corpus, suam debet haec suppressio originem. Particulas aëris, sive mere aquæas, sive noxiis inprægnatas effluviis, a corpore attractas, cum sanguine demum commisceri, cor-

B 3 poris

---

b) Transpirationi impeditæ febres intermittentes suam debere originem, probare adnituntur *Francisc. Home in Institut. Medic.* p. 85, 86; *Pb. Fermi in Instruct. importantes au peuple sur l' Oeconomie animale T. I.* p. 195, 196. *Acta R. Acad. Scient. Svec.* Vol. XVI, p. 277. *Huxham de febribus* p. 48.

poris probat hinc auctum pondus <sup>c)</sup>, sanitatemque ab his, corpori alienis s<sup>e</sup>peque inimicissimis, alterari particulis, tam sana a priori demonstrat Theoria, quam communis a posteriori testatur experientia. Etenim, a loco calidiori in frigidorem delati, mox toto exhorrescimus corpore, & ab aura frigida, in partem corporis calore artificiali humentis, cuius tum pori sunt patuli, per rimam parietis vel fenestræ, agente, pars hæc frigus passa rigescit, cum dolore s<sup>e</sup>pe maximo ex actione subjacentis musculi, & febri, vespere tamen exacerbante, licet leviori. Sic etiam novimus, a levissima quamvis pedum refrigeratione tempestate humida, dum antea incaluerint, nos Coryza mox affici interdum pertinacissima. His omnibus in casibus, aër in corpus nostrum immissus, non nisi ratione frigoris, vel etiam humiditatis coniunctæ, accusari potest horum malorum caussa; in aëre vero nosmet ambiente, multas, diversissimæ naturæ, hospitari particulæ, acidæ, putridæ, &c. quis iverit inficias? Vaporum forma ab aquis stagnatis, sepulchris, cellulis diu occlusis, animalibus & vegetabilibus putrescentibus, in altum exsurgunt putridæ in aëre volitantes particulæ; acidumque aëri inesse proprium, ab omni acidorum genere remotissimum, ex effectu ejusdem in obvia corpora, a nobis haud imitando, facile evinci potest. Liquores animalium hoc acido in coagula abeunt nonnulli, e. gr. *Serosa pars sanguinis, Lac, &c. Succique Vegetabiles*

<sup>c)</sup> Experimentis hoc patet Cel. Keillii, plures accuratissime instituti. *Ck. Dijus Aphorism. 45, 46, 48.*

Yes hinc aescunt fere omnes, e. gr. *Cerevisia*, *Suc*oi expressi**, *Olea unctosa*, *Emulsiones*, &c.

Huic aëris acido, a corpore attracto, natales jam debere febres intermittentes, certus afferere ha-ut dubito. Suam etjam, in his producendis febribus, conferre symbolam, particulas aëris, exhalationibus corruptas putridis, negare nec audeo, cum quid certi hac de re non facile statuerem. Distin-  
eto jam adferre lubet ordine, argumenta potiora, quibus innititur, de origine harum febrium, Theo-  
ria hæc nova.

1:0 Verno tempore & autumnali, tempestate humida & frigidiuscula, maxime hæ grassantur fe-  
bres.

2:0 Locis paludosis & cœnosis, mutationique aëris minus expositis, endemice quasi invadunt no-  
minatæ febres.

3:0 Corripiuntur facillime his febribus illi, qui concamerationes ædium inhabitant inferiores, & vernali ingrediente tempore, hiberna nimis mature deponunt vestimenta, vel alia quacunque ratione aë-  
ri sese committunt incauti, corpore æstuante, frigi-  
diori nebuloso.

4:0 Aegrotantium hoc febrium genere, sudor peculiari tam ferit nares acido odore, ut quo morbo æger laboret, primo mox odoratu nullo dici possit negotio.

5:0 Morbum tollunt amara acidum infringen-  
tia.

6:0 Acidorum vero usus cum reddit curatu  
multo

multo difficultiorem, quippe quæ caussam, pluribus sufficiunt particulis multiplicativis.

His itaque allatis patere existimo, *caussam* febrium intermittentium *proximam*, in *coagulatione serosæ sanguinis partis*, ab aëris acido facta, esse querendam. Ea enim est seri sanguinis ab ejus cruce diversa in doles, ut *illud* in acescentiam, hic vero in putredinem, admisso diutius aëre, abeat d).

### §. VI.

Adumbratis sic pro virili, præcipuis Auctorum de febribus intermittentibus præceptis Theoreticis, varias ipsorum in iisdem morbis methodos curatorias jam ordine debito exsequi, dissertationis suadet scopus. Tanta vero nunc fese offert remediorum farrago, *indigestaque moles*, ut, quo, vel exordiar, vel finem imponam, omnium mihi sit difficillimum intellectu. Pro vario tamen horumcunque in corpus humanum agendi modo, quo vel torpidos evacuent humores, vel fluidas permutent, firmasque roborent partes, ad binas ea generatim referre Clas-ses consultum duxi, quarum altera remedia comprehendet EVACUANTIA, medicamina vero altera, nuncupari sic solita CORRIGENTIA s. ALTERANTIA complectetur.

Omnia autem, tam auctoribus celebrata, quam ab insulsa plebecula decantata remedia anilia, a re-cla

---

d) Plura qui de hac re scire cupit, *Amenitatem adent Illustriss. Praesidis Academic. T. V. p. 24, 25 & T. VI. p. 426.* Conferatur etiam Celebr. J. Grainger in *Historia Febris Anomal. Botav. annor. 1746 1748. Cap. 5.* ubi febres has, corrupti & humidi aëris esse sobolem contendit.

Eta s<sup>æ</sup>pe medendi methodo alienissima, non est, quod me allaturum fore, exspectet quisquam, cum supervacanei prorsus & inexhausti, limitesque dissertationis multum exsuperantis, hoc esset labo-  
ris opus.

## §. VII.

*Cl. Ia, EVACUANTIA.*

Horum merito ducunt agmen I:o EMETICA, quibus tempestive adhibitis, ab omni retro anti-  
quitate constat, febres intermittentes, in primis qua-  
si incunabulis, fuisse jugulatas. De tempore, quo  
optimo cum successu propinari debeant hæc præsi-  
dia, non æque convenit inter Medicos scriptores.  
Aegrotis eadem ita porrigenda esse suadent *Syden-  
ham* & *Boerhaave* e), ut effectum mox ante febris  
accessum exserant. In ipso paroxysmi momento,  
eadem felicissimo cum eventu, dari commendat *A-  
lex. Thompson* f), viginti annorum doctus expe-  
riencia. Maxima cum euphoria, vomitum ciens  
medicamentum, in limine horroris & caloris, se  
dedisse testatur, explorata & certa fide cum *Celso*,  
*Grainger* g). Laudat denique vomitoriorum usum  
*Pringle* b), paroxysmo finito, qua methodo sem-  
per ei successit emeticis has sustulisse febres. Me-  
am ut in hoc dissensu, breviter adjungam senten-  
C tiam,

e) Aphorism. 759.

f) Medical Essays T. IV. p. 407.

g) p. 84, 85.

b) De morb. Castrensis. Ed. Germ. p. 206.

tiam, nulla horum mihi magis arridet Auctorum methodus, ac illa Celebr. *Pringle*. Emeticis enim hoc more exhibitis, tantæ, ac in corpore cum febre reluctante, non excitabuntur turbæ; exemplaque novi *Holmiae* existisse, funestissimi, ab emeticis methodo *Alex. Thompson* datis, eventus, mortis nempe ex subita ventriculi inflammatione violentissimæ.

Sed ut a diverticulo in viam revertar, ad præcipua, in febribus intermittentibus usitata emetica recensenda remedia, nunc est deveniendum. A simplicissimis ut exordium capiam, omnium primo mihi venit nominanda *Aqua simplex*, *tepidæ*, *salsæ*, quam ad vomitum cogendum olim dedit *Celsus* i).

Remedia illa emetica fortiora, Draistica dicta, merito fileo, quamvis a multis his in morbis proficia censeantur, cum mitiora semper extioris erint usus, omni in casu, dum emesi haud violenta sit opus.

2. Radix *Ipecacuanha*, quæ plerisque vomotoriis, ob efficaciam cum securitate junctam, palmam merito præripit, in his febribus, non sine utilitate, etiam adhiberi suevit. Ejusdem legitimus potissime commendari infusum, a *Gianella* k), quod, per plures dies, horis assumendum erit matutinis. Radicis etiam pulveri, Sal addi, vel alcalinum vel medium, calcaris instar, ad fôrdes magis incidendos, notissimo omnibus compertum est usu.

Ra-

i) Libr. III. Cap. 12. p. 141.

k) de admirabili Ipecacuanha virtute in febr. intermitt. curandis.

3. Radix *Asari* in decocto vino laudatur a S. Schulze & Klaunigio l), horaque ante paroxysmum proxima, hoc suadent partitis ingerere vicibus decoctum. Quid, quod, tamquam specifica hæc decantatur radix in *Actis Berolinensibus* m).

4. Radix *Trostiei* (perfoliati) emesin fortissime movet robustioribus novæ Angliæ incolis, in pulvere exhibita, dosique mediocri, adversus febres omnes intermitentes, tutum, certum & minime fallax salutatur remedium n).

5. Radix *Scillæ*, frequenti, contra febres intermitentes, est in usu plebi Brunsvicensi, ut refert I. H. Langius o). In pulvere, ad cultri cuspidem cum aceto, hunc propinant bulbum, unde aliquoties vomunt, vel alvum dejiciunt, & repetitio sic hujus medicaminis usu, fomes in ventriculo sordidus tandem eliminatur.

6. *Sedum acre*, vel ut aliis dicitur *Illecebra*, inter præstantiora quidem numeratur antiscorbutica, vomitum tamen, quia hanc succulentissimam compserit interdum ciere plantam Celebr. Lemery, ob eam ipsam virtutem, in febribus etjam illam commendat intermittentibus p).

7. *Tartarus Emeticus*, *Chermes Mineralis* &  
C 2 Sul-

l) Nosocom. Charitatis.

m) Decad. I. Vol. IX. p. 37.

n) Clayt. Virg. p. 142.

o) Tentam. de remed. Brunsvicens. domesticis. p. 174.

p) Medecine Vegetale par Buchoz p. 381. Lange pag. 119, 120.

In Itinere Suo Vestrogoth. p. 180. Nobiliss. Praeses etiam refert multas, hujus plantæ decoctum, egisse febr. interm. curationes.

*Sulphur Auratum Antimonii*, utut natura parum discrepantia vomitoria, sic etiam promiscue his in febribus usurpantur. *Priora tamen bina*, in mixtura aquosa ad grana quatuor, Medicis praesertim arrident Gallicis, ægris esse propinanda. *Posteriorius multa prosequitur laude Fr. Hoffmann*, in febribus præcipue autumnalibus diuturnis q). Alias, tamquam specificum, cum sale medio temperatum a Scrupulo ad Drachmam, effertur r).

### §. VIII.

*Emetica* jam ordine excipiunt 2:0 remedia, quæ per ductus evacuant salivales, **SALIVANTIA dicta MERCURIALIA**. Rarissimi tamen omnium hæc esse usus, pro his curandis morbis, profiteri mox oportet, ut neminem, praeter Th. Willis & S. Schulzes), eadem ut proficia in nominatarum febrium curatione, commendare noverim. Quem vero hæc medicamina praestent usum his in malis, mihi non contigit videre fors beatior, ac D:mo Petit, qui eorundem etiam in dubium vocat præstantiam. Experientiæ dictorum virorum, nil cupio detrahendum, casus vero illorum allatos ita explicari debeare autumo, ut de vestigiis venerei cuiusdam simul juncti

q) in Notis ad Poterii Pharmac. Spagir. p. 560. Cfr. Verlof de Febrib. p. 77. in not. b).

r) J. F. Schopp Dissertat. de Sulphure & remed. ex eodem varijs. Grypbisv. 1762.

s) Dissertat. de Salivationis usu in Quartana 1742. Hic etiam ad jungendus est Medicus Parisiensis, nominis Baillon, in Libro suo de Epidem: 2:do.

juncti affectus, hydrargyri ope sublati, levis non exeriatur suspicio \*). Salivationem præterea Mercurialem, curationis febrium intermittentium non rite fungi officio, ex allatis in §. II. satis patet.

### §. IX.

Sequuntur 3:0, quæ, fôrdes intestinorum eliminando per alvum, remedia LAXANTIA, ab omni ætate semper deprædicata fuerunt aptissima scopo febrium intermittentium curatorio. Ob mitissimam agendi indolem, qua, viscidas intestinorum, incidente, impuritates dissolvunt *Salia Digestiva*, primo, ratus sum, ea ponenda esse loco. Præcipua horum celebrantur: *Sal Anglic*; *de Seignette*, *Seidlicence*, *Mirabile Glauberi*; *Cremor Tartari*, *Tartarus Tar-tarisatus*; *Terra fol. Tartari*, *Sal febrifug. Sylvii*; *Arcanum Duplicatum*; *Sal Polychrest*; *Sal Absinth. citrat*; & quæ reliqua. Promiscue hæc omnia, in forma vel pulveris, vel haustus, pro medentis & ægroti lubitu, die a febre libero, propinari vulgo solent. Cortici etjam eadem interdum notamus juncta fuisse Peruviano t).

Peculiarem sibi conciliauit famam usit præclaro *Sal Ammoniacum*. Summis hoc extollit laudibus, Celebr. apud Batavos Medicinæ Professor V. G. Muys u), cui multis constitit experimentis, il-

C 3

lud,

\*) Vid. Illustr. de Sauvages Nosolog. Method. T. II. P. I. p. 325, 326.

t) Cleghorn Sal adjunxit chinæ cortici amarui, in curatione Tertia-næ Baleoricæ; Vid. Cap. 3. p. 193.

u) Dissertat. de præclaro Salis Ammoniac. ad febres intermitt. usit. Franequer. 1716.

Iud, vel solum, vel febrifugo cortici sociatum; præsentaneam in febribus intermittentibus tulisse opem. Opportuno sic modo, hasce curatas fuisse febres, cum ad aures pervenerat medicorum, cordatos eorum, non est quod miremur, avidissime arripuisse quotquot fese obtulerint occasiones, ut periculum hujus pharmaci facerent virium. Plurimos nec suæ dedisse curiositatis pœnas, omnibus manet in confessio. Etenim, præstantiam hujus salis multis multi celebrant præconiis. *J. L. Löseke* w), ex propria testatur experientia, plures, hoc Sale ac cortice peruviano, febres ei fuisse sanatas intermittentes, ipsamque quartanam, per integrum quamvis annum continuatam, unica tantum salis hujus Drachma, momento citius fuisse jugulatam. *Fr. J. Lautter* x), non solum plurimas tertianas simplices, sed & duplicates satis graves, ut & quotidianas multas, atque quartanarum aliquas periculi non expertes, repetito ante paroxysmum Salis hujus usu, felici cum successu debellasse se fatetur; immo, casum adfert Tertianæ remittentis, in quo, hoc Sal, incassum adhibito cortice peruviano, omne tulit curationis punctum y). *J. H. Lange* z), ab ejus in quartanis usu, eas non tantum exulasfe pertinacissimas, verum etiam ægrotos ab oedematosis

w) Abhandlung der Arzneymitteln p. 95.

x) Histor. Medic. Biennal. morbor. rural. Vindobon. 1761. p.

41, 42.

y) p. 116.

z) de remed. Brasavicens. domest. p. 204.

tesis pedum tumoribus prorsus immunes servatos, obseruavit. In patria nostra, cum nominato s<sup>e</sup>pe Sale, instituta experimenta, prospero tam, nos haud bearunt eventu. Febres quidem Salis interdum cesserunt usui, recidivas vero cohibere, id ipsum Sal nunquam valuit, hinc etiam nunc ejus fere evitauit laus. Febres in Germania intermittentes huic obtemperasse Sali, mitiori forsitan earum natura & genio, regionisque climati calidiori, omnis erit adscribenda ratio. De cetero, iisdem etiam in terris, ex omni voto non semper successisse Sal Ammoniacum, nobis fidem faciunt *Tiffot* \*), & *Acta Berolinensis* a), quae, horrorem febrilem, ab eodem adhibito, solito citius provocari, perhibent.

2. Radix *Rhei*, cum sit vulgatissimi, in plerisque morbis, usus, ob mitem fidamque indolem, qua & alvum solvit, solutamque nimis, comprimit; in his etiam, quae usurpetur febribus, a Medicis tantum non omnibus, dignissima judicatur. In pulvere seorsim, vel Salibus addita Digestivis, assumi solet. Tertianam hac radice se sanasse afferit *Cobausen* b), & eandem cortici chinæ unitam, maxime commendat *P. Valcarenghi*, Medicus Italus c),

3. Radix *Scammoniae*, quæ specificam possideret virtutem, visa fuit nonnullis. d). *Cornachini* pulverem,

\*) Avis au peuple sur sa Santé §. 249.

a) Dec. I. Vol. I. p. 87.

b) Act. Nat. Curios. Vol. VII. Obs. 76.

c) Differt. de usu & abusu *Rhabarbari* Cortici Peruv. uniti, Cremae

1748.

d) Blegny Zodiac. Medic. Ann. I. M. Octobr. Obs. 2.

verem, cuius, ex anatica portione Antimonii Diaphoretici & Cremoris Tartari, compositionem ingreditur hæcce radix, multoties opitulatum febribus intermittentibus curandis, observavit *Lautter e*), ne unica quamvis vice alvum solverit, vel segnem interdum promoverit hicce pulvis. Salutarem hunc ejus effectum, peculiari cuidam vi Scammonio propriæ, adscribere non dubitat ipse. Plurimorum de hoc pulvere encomia, Celebr. *Verlhof* in opere *de febribus* recenset, quo etjam C. L. alegatum volo f).

### §. X.

Transpirationem corporis insensibilem, quæ, ad sudorem usque adaugent, remedia DIAPHORETICA seu *Sudorifera*, commemoranda jam 4:o veniunt, ut in febribus intermittentibns laudata præsidia. Vettima fuit opinio, balneis atque sorptionibus validis, paroxysmorum avertere recursum g), & multorum adhuc eadem est Medicorum mens; adeo ut non raro occurrat, eos, varias suis ægrotis praescribere formulas sudoriferorum assumendorum \*). Morum jam taceo vulgi perversum, quo stragulis fere opprimunt ægrum, eumque potionibus mire cruciant calefacientibus, ex aromaticis acerrimis & spirituosis; hoc enim modo tractatam febrem intermit-

ten-

e) pag. 14.

f) pag. 25 not. c) pag. 144. not. l).

g) *Celsus* L. III. C. 13. p. 142. *Hippocrates de morb. Sydenkans* Sect. I. Cap. 5. p. 3. Epist. respons. I. p. 391.

\*) Vid. *Tisot Avis au peuple sur sa Santé* §. 249.

tentem, pluries exitialem esse factam, notarunt per multi b).

Ad lenem febricitantibus sudorem movendum, cum inter aptiora, merito censeantur *Aromatica* omnis generis, tam Radices, quam Herbæ & Semina &c., vario modo, forma vel pulveris, vel infusi aut mixturæ, propinata, ad probatorum nunc eorum me accingo recentionem.

1. Radix *Serpentariae* (virginianæ) familiari fuit *Sydenhamo* \*\*) in usu, pro pauperibus, loco Chinæ corticis. Effectum præstitit vere pulchrum, a Dr. I. ad Dr. II, in infuso data aromatico. Pari quoque ratione commendatur Radix *Contrajervæ*.

2. *Gentianæ albæ* Radix in *Actis Natur. curios.* salutatur antefebritis; rasura enim ejus in Spiritu Vini infusa, & semihorio ante insultum, ter quaterve repetito, hausta, febres & primariæ & recidivæ feliciter fugantur i). Infusum *Meu*, tum radicis, tum seminum, frequentissimo est, in *Anglia*, contra febres intermittentes, usu k). *Valerianæ majoris*, similiter prodeesse dicitur, Decoctum l). Semina plantarum umbellatarum, tam graveolentium, e. gr. *Levisticæ*, *Coriandri* &c. quam acriorum aro-

D mati-

b) van Swieten in Commentar. ad Aphor. 624. Grainger p. 102.  
Hoyerus in Miscell. nat. cur. Dec. 3. Obs. 46. Acta R. A. S. Svec. Vol. VIII. p. 181. Medical. Essays. T. I. C. 31. p. 296.

\*\*) Oper. p. 391.

i) Vol. X. App. p. 155. Lange Tentam. p. 186.

k) Blair Pharmac. Botanologia. Dec. VII. p. 318.

l) Commercia Noribergens. p. ann. 1734. p. 374. De Bardana radice insuper narratur, quod Henricum III:um Galliæ Regem, a febre sanaverit intermittente; Vid. Senae de Recond. febr. nat. p. 186.

maticarum, e. gr. *Imperatoriae*, *Carvi* & *Angelicae*, in cerevisia decocta, & paullo ante paroxysmum propinata, febrim interdum abesse faciunt. Notissimus etjam est usus seminum *Pastinacae*, in vino, ante insultum febrilem, datorum.

Hæc de radicibus & seminibus sufficient aromaticis diæta; de *Succis* jam agendum nonnullis, eadem, sed majori, præditis virtute diaphoretica.

Tetrum illud ac nauseosum corpus Gummi-resinosum, nomine *Affæ fætidæ* insignitum, utilitatis etjam nonnunquam haud expers his in febribus invenitur. Ad scrupulum, in connubio cum *Castoreo* laetis servidi libris duabus infusum, succesu non caret interdum. Præter vim suam diaphoreticam, ut antispasmodicum etjam ab iis laudatur, qui in nervis cauſam latere febrium intermittentium existimant.

*Camphora*, tritissimum æque ac præstantissimum in omni febre remedium, in hisce febribus etjam præclaro, ad sudorem promovendum, usu inclaruit. Quid, quod, exemplum suppetit, granis tantum nonnullis Camphoræ, in paroxysmo datis, febrem dudum inveteratam intermittentem prorsus cessisse, nec amplius reversam fuisse m). Sub intermissione febris, quibusdam magis arridet ejus usus, saltem ita Celeb. placuit *D:ri Bartbes*, qui, Camphoræ gra-

---

m) Illuftr. D. Archiater & Eques ROSE'N von ROSENSTEIN hoc ipse vidit in propria praxi, exemplum, ejusque in Suo Collegio Medico-Practico Miscepto ulteriorement facit mentionem. Cfr. Lange Tentamen p. 142. seqq.

grana tria, cum Nitri granis octo, quarta quavis hora suis ægrotis assumere, suadet n). Breviter demum, ut finis imponatur Sudoriferis, de oleis quibusdam destillatis, in febre intermittente dari solitis, mentionem inferam.

*Oleum*, destillatione ex *Rosmarino officinali*, elicitum, ad quatuor vel sex guttas, ingruente paroxysmo, assumptum, proficuum edere effectum ad febrim tollendam, dicitur o).

*Oleum Cornu Cervi & Animale Dippelii*, unius ejusdemque prosapiæ animalis, maximis efferuntur præcomisi, ad guttas 25, 30, vel 36, in cerevisia cocta, proxime ante febris adventum, ingerenda. Caute tamen cum his mercari, decet, oleis empyreumaticis. Etenim, sint tibi primæ optime repurgatæ viæ, ante quam eorum efflagites usum. Remedio etiam assumto, omnis evitetur strepitus atque tumultus, qui somnum, cui jam indulgere debet æger, aliquo modo arcere posset; experientia enim testatur, ægrotantes, quibus, ab hujus pharmaci usu, contigit se dedisse quieti somnoque placido, prorsus vegetos & nil mali persentientes evigilasse. A justo nimiori dosi assumta, in furem vere maniacum brevi incidisse ægrum, febris tamen cum solutione, retulit Generosiss. PRÆSES. p). Quæ de *Oleo* jam speciatim dicta sunt *Animali* atque *Cornu Cervi*, de alio etiam valeante oleo

D 2

de-

n) Memoires des Scavans Etrangers T. V.

o) R. A. Vogel Mater. Medic. p. 78.

p) Amœnit. Academic. T. I. p. 19.

destillato, *Cajeput* dicto, cuius utendi methodus atque cautelæ sunt eadem. Plura, qui ex penu remediorum sudoriferorum desideraverit suppetenda, *Joh. Henricum* adeat *Lange*, in libello antea citato q), ubi catalogum inveniet horum sat amplum.

### §. XI.

**S:O DIURETICIS** etiam remediis febrem tollere intermittentem, visum fuit nonnullis. In hanc inciderunt opinionem, quum, per urinæ hypostasin lateritiam, viderint febris judicari terminum. Quocutius itaque, salutarem hanc febrilis materiæ eliminationem fieri promoverent, ad hæc confugere præsidia duxerunt consultum. Huc pertinent, quæ sapore gaudent *aci* & vi *incidente*, ut: Plantæ omnes antiscorbuticæ, tota Tetrodynamistarum familia, Bulbi plerique, Aromaticæ etiam multæ, nec non *Hydragoga* strictæ sic dictæ. In hunc censum etiam subinde veniunt, quæ, superiori paragrapho commemorata fuere *Sudorifera*, quum inter hæc & Diuretica parum intersit, qua effectum, discriminis; etenim, regimine observato calidiori, sudorem, frigido verum, urinam movent eadem remedia.

Ne exemplis diureticorum, in his febribus, ut proficuis, ab Auctoriis commendatorum, destitui prorsus videar, nonnulla adferam.

*Nasturtium Aquaticum* impense a *Sylvio* r)  
lau-

q) Tentam. de Remed. domestic. pag. 113, 122, 126, 137, 139.  
fqq., 182.

r) Prax. Med. Append. Tract. 9. §. 151.

laudatur ut optimum febrifugum; ad quartanam etiam profectissime perhibetur <sup>s)</sup>). In febribus intermittentibus soporosis, commendante *Eugaleno*, succi hujus plantæ antiscorbuticæ expressi periculum virium, prospero cum successu, fecit *Verlhof* <sup>t)</sup>. Dissimili nec ratione, usus celebratur *Armoraciæ* succi.

*Chelidonium majus*, interdum frustratam nec tulit opem in his febribus medendis. *Germanorum* etiam *China*, ob felicem effectum salutatur <sup>u)</sup>). Succus herbæ recens expressus, ad quantitatem dimidii cochlearis, quovis die bis assumtus, tertianam quoque bis feliciter profligavit intra quinque dies, gratiouse mihi referente *Illiustr. PRÆSIDÉ*. Tam rādicem ipsam, quam succum, etjam passim apud Brunsvicenses usurpari, fidem nobis facit *Lange* <sup>v)</sup>.

Succus *Cambogiæ*, (*Guttæ*) quem, *Gummi Guttæ* nomine communiter insigniri in officinis, novimus, Turcis magno in usu est contra febr. interm. Hujus rei certitudinem edoctus Nobiliss. PRÆSES, cum pharmaco hocce, *Diagrydii* instar, Sulphurato, experimenta instituit plurima, felici semper cum successu, tempore, quo Medicus Clas. Reg. fuit ordinarius.

*Sedum acre* §. VII. nominatum, hoc loco ut diureticum considerari meretur. Succus ejusdem

D 3

ex-

<sup>s)</sup> *Hartmanni Prax. chymiatr.* C. 139.

<sup>t)</sup> *de Febribus* §. 11. p. 80, 81.

<sup>u)</sup> *Lange Tentam. de remed. domestic.* p. 126.

<sup>v)</sup> *Libr. citato.* p. 122.

expressus, ad cochlear dimidium bono cum successu, contra febres intermittentes tertianas, præser-tim in subiectis quadratis atque robustis, ordinari solet *x*).

*Juniperi Baccæ & Oleum destillatum*, pulchram præbent febricitantibus medelam, si modo ante pa-roxyſmum sumantur. Pulvere baccarum tēſto, ad Dr. I. cum aliquot aceti cochlearibus dato, tertianam vidit ſæpius curatam *Lange y*) & de oleo teſtatur, quod ceteris antefebrilibus palmam præni-piat universis, raroque fallat in tertiana, quam plerumque prima ſumtione pellit *z*). Viribus & effe-ctu cum hoc oleo, coincidit *Oleum Pini*, alias *Tem-plinum* vocatum, quod eodem modo iisque obſer-vatis cautelis ſumtum, interdum profuſe obſerva-vit idem Auctor *a*).

*Balsamus* denique *Copaibæ* genuinus nec eſt o-mittendus, quem, doſi exigua guttarum 5 vel 6, bis terve repetita ſub initium paroxyſmi febrilis, ſtupendas febrium harum egiffe curationes, refert *R. Pater Labbat* in ſuo *Itinerario Indiæ occident.* p. 318.

### §. XII.

Absolutis ſic remediis, quæ intus ingeruntur, *Evacuantibus*, reſtat jam 6:0, brevissimam injicere mentionem evacuationis notabilis, ope VENÆ SE-

CTIO-

*x) Lange Tentam. p. 119, 120.*

*y) Libr. cit. p. 126.*

*z) p. 131.*

*a) p. 138. Videſis Schusters Medicinisch-Chymisches Lexic. p. 370.*

CTIONIS in curanda febre intermittente, a plurimis Medicis, celebratæ. Gallorum hoc est Medicorum plerumque vitium, ut venam omni in casu & a-  
gritudine tundant, ideoque, in febre intermittente hoc negligere præsidium, sibi religioni etiam du-  
cunt b). Cl. Furstenau venæ sectionem ita in de-  
liciis habet, ut in omni febrium intermittentium  
genere illam maximis prosequatur laudibus, nulla  
etiam si adfuerint sanguinis abundantis signa c). Fe-  
bres intermittentes nullo sæpiissime curatum iri præ-  
sidio, maxime licet idoneo, absque iterata pluries  
phlebotomia, contendunt J. de Muralto d), Ger-  
bez e), Schreiber f). Quartanam immo, curatu  
alias sæpe difficultiam, repetita sanguinis missione  
curare ausus est Botallus, cruentæ hujus medicinæ  
cultor atque fautor facile princeps dicendus g).  
Singularis hæcce, febres intermittentes tractandi  
methodus, quid boni secum ferat, omnibus facilli-  
mum, crediderim, esse judicatu. Largiori sanguini-  
nis detractionis dispensatione, plus justo diminuun-  
tur vires, ad motus rite subigendos febriles, &  
molimina naturæ salutaria, sudoris critici ope quid-  
quam febrilis materiæ, quovis paroxysmo, foras  
ejiciendi, sufflaminantur; (duas enim simul stare  
evacua-

b) Cfr. L. Heijsteri Dissertat. de Venæ Sectionum abusu apud Gal-  
los. Helmst. 1750.

c) Miscell. Nat. Cur. Vol. IX. p. 378.

d) Ephemerid. Nat. Curios. Dec. II. An. VIII. p. 4.

e) Ephem. Nat. Cur. Cent. V. VI. Obs. 45. p. 67.

f) Anweisung zu Erkenn. und Cur der vornemsten krankheiten.

g) de curatione per sanguinis missionem.

evacuationes vix posse, ex principiis constat medicis) quid, quod, plura testantur probatae fidei documenta, ex frequenti sanguinis profusione, febres saepe levissimas intermittentes, vel in graviores, vel in continuas, vel in exitiales denique, degenerasse b). Hinc est, quod ejus, in his febribus, usum tam enixe caveant Medici prudentiores, ad illum, non nisi summa urgente Plethora, maxima cum circumspectione confugientes \*).

### §. XIII.

## *Cl. II:a, ALTERANTIA.*

Ad finem nunc perductis, quæ ad *Evacuantium Classem* spectant, remediis, pertractanda sic pariter veniunt, quæ ad alterum pertinent Ordinem, medicamina **ALTERANTIA**.

Campus se heic offert vastissimus, omnis generis remediorum, in febricitantium salutem a multa ætate excogitatorum plenus. Hic invenies medicamenta, quæ, ut Febrifugi heroici, Corticis Peruviani, nec facile omnibus comparandi, digna fuerent succedanea, mire torserint Medicorum ingenia. Pro diverso, quem sibi finxerunt divini hujus Pharmaci, agendi modo, diversissima etiam illis explorata sunt remedia, *Amara*, *Acria*, *Austera*, *Salina*,

b) Sydenham p. 103, 110, 114. Madai von den Wechselseibern p. 166; In Ephemerid. Nat. Curios. Dec. III. An. III. obs. 138. p. 249. tres existant casus tales. Grainger l. c. p. 80.

\*) Verlhof de febrib. p. 74.

*lina, Nauseosa, Aromatica, Virosa, &c. &c., quo-  
rum in sequentibus succincta erit expositio.*

#### §. XIV.

### *Amara.*

Primum horum, omni jure sibi vindicat effi-  
cissimum illud, ad omnes febres intermittentes,  
quod miseris concessit mortalibus Æterna Bonitas  
remedium, *Cortex Peruvianus*. Crambem ad fasti-  
dium usque recoctam certe apponere, si medica-  
minis hujus adferrem merita indeque reportata en-  
comia i). Judicium tantum meum, (quod tamen  
unice Generosiss. debo PRÆSIDI), de modo agen-  
di, quo, omnibus huc usque præstat cognitis fe-  
brifugis, hocce præsidium, breviter exponam. In  
rimanda specifica hac corticis virtute, maxime sol-  
licitos, nullo non tempore, novimus primi subsel-  
lii Medicos k). In amaricie intentiori, vim hanc  
quæsiverunt peculiarem *alii*, in austera & adstrin-  
gente qualitate *alii*, in proportione denique partium  
constituentium, Chemico examine eruta, *alii l*).

Opinione vero se deceptos, fateri eos decet; e-  
tenim, remedia non desunt plurima, amaricie & ad-  
strictoria vi, chinæ corticem longe superantia, ejus-  
demque etiam principiis constitutivis maxime æmu-

E

la,

i) *Verlhof* in opere *de Febribus*, huic satisfecit rei. Vid. *Torti Therap. Special. Febr. pernicios.*

k) *Verlhof* libr. cit. Seet. VI. §. 1. 2.

l) *Tb. Vogt Exam. Succedan. Cort. Chin. Dissertatio Præside J. H. Kuiplhof. Erford. 1747.*

la, quæ tamen in curatione febrium intermittentium, ut eo multo inferiora, sunt postponenda.

In amarore, virtutem quidem quærendam esse hujus corticis specificam, extra omnem disputacionis aleam positum est; Intensissimam vero ejus amaritatem nec sufficietur auguror, nisi *tenacissima* simul esset & humores hac qualitate *inquinans*. Quorundam hæc est singularis facultas remediorum, ut corpori ingesta, vel tingant illud suo *colori*, vel *odorem* spirare faciant iis proprium, vel *sapore* demum afficiant suo. *Inquinantes* salutantur plantæ, ex ordine naturali xxx *Contortarum*, hunc præstantes effectum, quarum, in *Clave* suæ *Medicinae* p. 27. mentionem injicit brevem *Illustr. PRÆSES. m*). Harum etiam e numero est *Cinchona officinalis n*). Penetrantissima hæc ejus proprietas, qua globulis se affigit sanguinis, fibrisque carnis nostri corporis, non potest non, quin de efficacissima testetur illius, in febribus intermittentibus, virtute. Quatenus *amara*, acidum infringit in sanguinis serosa parte obvium, quatenus *inquinans* vero, multiplicativæ ejusdem vi valentissime it obviam. Tonicas simul exferit vires, fibras roborando, ut, poris cutis strictioribus factis, noxius avertetur aëris influxus o). Hæc de Chinæ Corticis agendi ratione, sufficiente dixisse; de modo vero

---

m) De Petiveria, quod, ab ovibus comesta, earum alliaceo inficiat carnes sapore, in *Act. R. Acad. Scient. Svec.* Vol. V. p. 287. narratur.

n) Nobiliss. PRÆSIDIS Mat. Medic. p. 24.

o) Cfr. dissertationis nostræ §. V.

vero eum propinandi, id tantum cuique inculcandum censeo, a majori ejus dosi, una simulque prima vice, assumta, ne minimum quidem in periculum incidere ægrotantes, cum & hoc, tam theoræ consentaneum, quam experientia recentiori maxime probatum sit \*).

2:o *Cascariæ Cortex*, prioris ut succedaneum a multis habetur optimum. Corticem, immo, antecellere Peruvianum, in quartana febre curanda, pro qua, specifici titulo quasi gaudeat, verba sunt Celebr. *Jos. Lieutaud p.* Postquam *Apinus*, Medicus Herspruccensis, primum in febre epidemica Herspruccensi 1694 & 1695, virtutem hujus remedii mirificam deprehendisset, cum antea satis obscura esset ejus vis febrifuga, catervatim medicos in experiundis his viribus sequaces sui habuit, quos nec tentandi pœnituit cupiditatis *q.*

Cortices excipit nominatos 3:o *Lignum Columbrinum*, (*Strychnos*) cautoribus tamen anceps, ob suspectam qualitatem, præsidium. In decocto, (nunquam in substantia,) ad Unc. semis, vel in essentia ad Dr. semis, laudatur ut febrifugum a non nullis *r.*, at non semper sine noxa *s.* Recentiori

E 2

\* ) Eadem etjam est mens Cl. Senac in libr. *de Recond. Febr. interm.* *xxv.* C. II. p. 141, 142.

*p.* Synops. univers. Prax. Medic. P. I. p. 46. P. II. p. 557.

*q.)* Commerc. Noribergens. p. Ann. 1736. Fallere vero hunc Corticem, pluries expertus fuit *Ill. Praes.*

*r.)* Bontii Hist. nat. & Medic. Ind. Or. Austr. p. 74. Hermanni Cyathosura Mat. med. p. 235.

*s.)* Heide Centur. Obs. 7.

inclaruit ætate 4:0, *Lignum Quassiae* adversus febres intermittentes. A radice defumitur efficacissimum, cuius scobis Dr. I, aquæ infundatur ferventis li. bræ unæ per spatum horæ, sitque hujus infusi pro dosi Uncia. t).

Dissimili nec modo, eademque ac lignum Colubrinum dosi, in quartana præcipue, usitatur 5:0 *Lignum Serpentinum* (*Ophioxylon Serpentinum u.*)

Sequuntur Radices & Herbæ amaræ.

6:0 *Gentianæ Rubræ* Radix, in pulvere quantitate Dr. I, vel in decocto vino propinari solet. Extractum ejusdem, in aqua vel vino solutum, elixirii formâ datum, pluris tamen æstimatur. Essentiæ hujus & Cascarillæ, portione anatica commixtæ, quatuor ante paroxysmum horis, assumtæ guttæ 40, vel 50, laudantur w). Solam radicem, vel tantillo Nucis Vomicæ junctam, olim tam certum, ut nihil supra, medicamentum præstitisse, longeque Chinæ cortice efficacius, adstruit D. Ludovici x). Radicis cum cortice Peruviano commixtionis formulas apud *Hermannum* reperias y).

7:0 *Gentianellæ* Herba (*Gentiana Amarella*) parumper præcedenti debilior, tertianæ occurrit in Cerevisia tenuiori decocta & epota z).

8:0

t) Generof. PRÆSIDIS Amœnit. Acad. T. VI. p. 427.

u) Ejusdem Nobiliss. Viri Mat. Med. p. 168.

w) Act. Berol. Vol. 4. Dec. II. p. 83.

x) Pharmacia p. 13. 201. Adversatur vero Senac, de rec. febr. nat.

p. 185.

y) Cynos. Mat. Med. p. 95. 96.

z) Nobiliss. PRÆSIDIS Mat. Med. p. 37.

8:0 *Centaurium Minus* (*Gentiana Centaurium*) eodem, ac *Gentianæ rubræ* radix, modo usurpatur, febremque ad curandam, cortici æmulam Peruviano, *Bærhave* habetur a).

9:0 *Carduus Benedictus* (*Centaurea Benedicta*) olim celebratissimus, virtute etiam gaudere dicitur febrifuga, si ejus propinetur decoctum vel succus expressus, ad uncias aliquot. b).

10. *Artemisiæ* quatuor c) in officinis receptæ Species, egregie se gerunt omnes in febribus criticis. Receptissimus tamen est usus *Absintbii vulgaris*, saporis ceteris amarioris. Succus ejusdem expressus, vel summitates virides in infuso aut pulvere, & oleum denique destillatum ad tres vel quatuor guttas, indiscriminatim, febre correptis, laudabili cum successu, exhibentur d). Sale, ex eodem per incinerationem parato alcalino, a reliquis hujus prosapiæ haud discrepante, plures, se fatetur curasse febres intermittentes *Grainger*, in subiectis, corticem chinæ quoconque licet modo fucatum, non ferentibus e).

E 3

II:0

a) *Histor. Plantar.* p. 302. Lapillum huic elogio etiam adjicit *Lieutaud* *Synops. Med.* P. II. p. 556. *Senac* tamen, inde febrilem æstum excitari sumnum, contendit, *L. de Rec. febr. nat.* p. 184.

b) *Lieutaud* *Prax. Medic.* P. II. p. 578. Cfr. *G. Christ. Petri de Card. Benedict.* *Commentar.* Jenæ 1669.

c) *Illust. PRÆSIDIS Mat. Medic.* sub N:ris 384, 385, 386 & 387.

d) *Lange Tentam. de remed.* *Brunsvic.* p. 109, no. Ad recidivas avertendas plus adferre utilitatis, quam ad curationem primariae febris, hocce decoctum, experientia docet.

e) *Histor. Febr. anomal.* C. X. p. 137.

11:0 Binæ *Teucrī* species, *Chamædrys*, & *Chamæpithys*, inter febrifuga etjam locum obtinuerunt, nec ultimum. *Illam* efficaciorem aliquando ipso cortice expertus est *Chomel f*); *banc* vero, in decocto, frequentissimi esse usus Mauris Indiæ, refert *Thom: Shaw g*).

12:0 *Trifolium Fibrinum* s. *aquaticum* (*Menyanthes trifoliata*) amarissimæ qualitatis herba, in usum quoque trahitur remediorum huc spectantium. Proficuus in primis salutatur adversus quartanam rebellem, usui chinæ corticis non obsecundantem, ejus succus *b*).

13:0 *Scabiosa*, tum nostra *Arvensis*, tum *Africana* potissimum, febribus etjam dicatur intermittentibus. In decocto, hac posteriori utuntur Algiræs Africæ incolæ, teste *Th. Shaw i*).

14:0 *Calcitrapæ* radicis cortex, ad drachmam infusus, in Gallia habetur pro certo febrifugo a *Tournefort*. Flores intense amaricantes ejusdem sunt census, & in substantia ex vino, pluries de die, corticis instar Peruviani, dantur a semidrachma ad drachmam unam. Succus herbæ, minoris licet amaritie præditæ, ab unciis duabus ad sex propinatus, eandem obtainere videtur virtutem *k*).

15:0

*f)* Abregé de l' Histoire des plantes usuelles , p. 462. *Riverii Centur.* 4. obs. 54.

*g)* Travels and Observations relating to several parts of Barbary and the Levant. p. 264.

*h)* Løseke Mat. Medic. p. 201. & Franci Hist. Trifol. fibrini.

*i)* Philosophical Transact. N. 411. e voto etjam successisse sibi quædam, cum hoc remedio, instituta experimenta, retulit Nobiliss. PRÆSES.

*k)* Lieutaud p. 707.

15:0 *Monarda Fistulosa*, teste Celeberr. D. Profess. *Kalm*, septentrionalis Americæ gentibus, in febribus intermittentibus, magni est usus <sup>1)</sup>.

Pervenio jam ad *Flores*, multa laude inde a Galeni & Aetii temporibus <sup>m)</sup>, celebratos; *Chamomillæ*, loquor, utriusque, tum *Romanæ*, tum in primis *Nostratis*, flores. *Morton* & *Pitcarn* in primos fuere, qui horum in febre intermittente maxime extulerunt usum, multorumque dein medicorum experimenta, laudi ejus cumulum addiderunt. Methodus his utendi floribus varia est. Dantur vel in pulvere soli ad scrupulum & ultra, vel aliis sociati remediis, prout Clarissimo placuit *Mead* <sup>n)</sup>. Succum etiam ipsius plantæ, ad tria vel quatuor cochlearia, ad omnes febres intermittentes, paulo ante accessionem datum, commendat *J. Rayus*, eoque asseverat vel statim cohiberi paroxysmum, vel non multo post assumptum medicamentum.

17:0 Nominatis quamvis floribus, virtute multo inferiores *Tanaceti* flores, eodem tamen modo usurpantur in iisdem febribus. Restat ut de non nullis agam fructibus *amaris*, in febre decantatis intermittente.

18:0 *Faba S:ti Ignatii*, arboris cuiusdam est fructus ignotæ, forte ex genere *Strychnos* venenato, quod suspicatur *Generosiss. PRÆSES*. Recentiores medici, cum venenatissimis instituentibus plantis expe-

<sup>1)</sup> in Itinere Americano.

<sup>m)</sup> *Galen.* de Simpl. med. fac. L. III. C. 10.

<sup>n)</sup> *Menita & Præcepta Medica* p. 23.

perimenta medica, toxicum etiam hunc explorarunt fructum, eumque, in febribus intermittentibus, laudabilem præbere usum, invenerunt. Tincturam cum vino Gallico paratam, a minori incipientes dosi g:tt. nempe 10 ad 12 vel ultra, quo usque ægrotantes tulerint, propinarunt non sine successu. o) Nec tamen omni ætati vel corporis constitutioni, hoc congruere, periculi non expers, medicamentum, simul notarunt.

Cum nuper dicto fructu, vi & qualitate convenit 19:3 *Nux*, ut vocatur, *Vomica*. Hanc ad genus pertinere Strychnos, certissime constat, interque summa locum tenere venena. Adversus febres nominatas vero depraedatur usus ejus cautissimus \*). Cum infido tamen hoc remedio nec esse ludendum, suadet triste illud exemplum Matronæ cujusdam, in hac urbe honestioris, quæ, hoc medicamine incautius usa, diem obiit supremum. Coronidis loco tandem adferre lubet 20, *Liliorum Convallium Baccas* etiam dici proficuas in febribus saepe commemoratis, Auctore *Senckenberg* p).

### §. XV.

#### *Stiptica.*

*Amara* subsequuntur remedia, quæ sapore gaudent austero adstringente, vimque exercent stipiticam.

o) Act. Berol. Vol. II. Dec. I. p. 34.

p) *Dissertat. de Lil. Convall. ejusque baccar. virtutibus*, p. 32.

\*<sup>o</sup>) *Ludovici Pharmac. inodern. secul. accommod. Valentini Polycr. Exot. & Museum Museor.*

cam. In hac enim, quæ cortici Chinæ etiam inest levis, proprietate, quosdam specificæ ejus virtutis causam quæsivisse, antea diximus. En itaque præcipua hujus census remedia, a Medicis in febrium intermittentium curatione, commendata.

I. *Radix Caryophyllatæ*, (Gei rivalis) usu primum innotuit efficaci, apud Americanos Septentrionales, qui, ea detecta, parum de Chinæ cortice postea fuerunt solliciti. Experimenta ubique insti-  
tuerunt cum hac radice medici, sed omnibus haud ex voto successerunt. Quæ in patria fecit *Celeberr. Professor P. J. BERGIUS* q), dubias sat reddunt medicaminis hujus in febre intermittente virtutes.

II. *Cortex Hippocastani* (Aesculi Hippocastani) a Zannichelli, Pharmacopœo Veneto, pro succedaneo corticis Peruviani omnibus numeris absoluto, primum venditus & laudatus fuit r). Eum vero hoc modo adhibuit, ut duæ Drachmæ, aquæ Cardui benedicti Unciis quatuor infusæ, finito insultu epoterentur, idque ter repeteretur. Dein D. Moe-  
ring s), ejusdem methodi fecit in diversis hominibus periculum virium, probatumque semper deprehendit contra febrim medicamentum.

III. *Cortex Acaciæ Nostratis* (Pruni spinosæ) optimus radici detrahitur arboris suæ. Hunc im-

F

pen-

q) Cfr. Act. Reg. Acad. Scient. Svec. Vol. XVIII. p. 118. Ann. 1757.

r) Epistola ad Gvil. Pontedera de Facultat. Hippocastani; Venet. 1733 idiomate Italico.

s) Ephemer. Nat. Curios. Vol. 5. Aliter tamen sentit in Com-  
merc. Noriberg. 1736. p. 20.

pense deprædicant *Nebelius* t) & *Sloane* u) in febre intermittente. Adhibito prius incassum cortice Peruviano, quendam hac febre laborantem, decocto hujus largius hausto, pristinæ reddidit valitudini *Nebelius*. Decocti etiam hujus usum adhuc commendat *Buchoz* v).

IV. *Cortex Fraxini* (excelsioris) amarus, Chinæ substituitur cortici ab *Hellwig* x), & *Bergio* y), sed perperam; cum multis parasangis ab invicem differre corticum horum vires febrifugas, tam dicit experientia, quam probatissimorum medicorum confirmant effata z).

V. *Cortex Alni* (Populi Alni) a); *Cerasi* medianus b) atque *Salicis* (albæ) intermedii c), nec non *Quereus* (roboris), indiscriminatim proficere a suis fautoribus censemur. Huc etiam referas *Corticem Mangles* d) (*Rhizophoræ*); quum vero tanti non sint usus, ut multam mereantur commentationem, eos saltem nominasse sat duxi.

VI. *Verbenæ* Extræctum ad Dr. I. bis de die sumtum, febrifugi nomine laudat *Chomel* e).

## VII.

i) Act. Nat. Cur. Vol. 5. obs. 116.

ii) Epistola ad Roi.

w) Medecine vegetale 1770. p. 160.

x) Dissertat. de Quinquina Europæor. Grypbisv. 1712.

y) Göttingische Anzeigung. 1757. p. 829.

z) Nobiliss. PRÆSID. Amoenit. Acad. T. I. p. 17. Geoffroi Mat. Medic. Seçt. II. T. V. p. m. 363. Lieutaud Prax. Med. P. II. p. 868.

a) Fabregou Abregé des plantes autour de Paris.

b) Conf. Rebecques Præf. ad Acr. Medicin. Helvet.

c) Buchoz. I. c. p. 283, 375.

d) Göt. Anzeig. 1753. N. 143.

e) Abregé de l'histoire des plantes-usuelles.

VII. *Pentaphylli Herba* (*Potentilla repens*) inde ab Hippocratis ævo febrifuga audit *f*), sed in desuetudinem jam fere abiit mere adstringens.

VIII. *Fructus Myristicæ*, sive *Nux Moschata* ut communissime vocatur, interdum aut sola, & quidem pro ratione ætatis ægroti, vel integra, vel diuinaria, aut Alumini sociata, febricitantibus exhibetur *g*).

IX. *Cupressi Nuces* pariter commendantur a *Lan-*  
*zono b*), in substantia a semi drachma ad Dr. I,  
vel ad duplum in decocto datæ, usu, quarta qua-  
vis hora, iterato.

X. *Gallæ*, tubercula *Quercus* foliis a parte infe-  
riori adnata, omnibus sunt notissima. Nec fugere  
quemquam crediderim, earum etjam in febre in-  
termittente commendari usum. A *D. Reneaume* in-  
cœpit earum in hoc febrium genere laus *i*). Præ-  
missis generalioribus, gallarum dari jubet Dr. *B.* us-  
que ad Dr. I, sub forma pulveris vel boli, in ini-  
tio paroxysmi; post paroxysmum vero, singulis qua-  
tuor horis. Febribus, tamen fatetur, non nisi illis  
conducere hanc medicinam, quæ a nimis relaxato  
ventriculi tono profiscuntur. Nostra ætate potis-  
simum, circumforaneis & agyrtis arridet hæc, per  
Gallas medendi, adstrictoria methodus.

Perlustratis, quæ ex regno desumuntur vege-  
tabili,

*f*) Libr. 2. de morbis C. 13. Chart. T. VII. p. 565.

*g*) *Lange Tentam.* p. 134, 135.

*h*) *Ephemer. Natur. Curios.*

*i*) *Memoires de l' Academie des Sciences de Paris.* Ann. 1711.

tabili, adstringentibus febrifugis, pedem ad regnum minerale promovere etjam expedit, quum illinc quoque depromi soleant nonnulla, febribus intermittentibus dicata præsidia, stiptica virtute prædita insigriori.

Inter leniora veniunt in conspectum, quæ, ex *Ferro* nomen fortita sunt MARTIALIUM. In substantia, ut dici suevit, in pulvere subtilissimo hæc propinata remedia, in febre intermitente curanda, nondum quidem, ut scio, obtinuerunt usum omnibus communem *k*); *Aquarum* vero *Mineralium*, ferreis scatentium particulis, in pertinaciore & inverata febre, merita non est detrahenda laus. Hinc evenit non raro, ut acidulas petant ægroti cum febre adhuc conflictantes, nec ope exoptata destituti, illinc discedant. Nobis suppeditant hujusmodi exemplum oppido memorabile, nostræ in patria acidulae martiales, in REGE, *Gloriosissimæ memoriae*, Clementissimo nostro **FRIDERICO I:MO**, qui, *aquis* ter usus *Viksbergensibus*, a febre pertinacissima intermitente prorsus liber evasit anno 1722. Modus autem aquis utendi mineralibus ad febres intermitentes, is est, ut, ante quam in usum trahantur, easdem calefieri sinat ægrotus, tepidasque sic hauriet, more ad acidulas solito. Ipso etjam paroxysmi die nec dissuadendus erit earum usus, methodus

---

*k) Limatura tamen Martis quandam a febre liberavit Tiffot, corticis abnientem usum. Vid. Eius Avis au peuple &c. p. 240. §. 248.*

dus tantummodo si obseretur præscripta; tuncque per sudorem, non per urinam, earum e corpore fit secretio. Qui febre intermittente nuper liber factus, aquas ingurgitat frigidas, sua interdum iterum corripitur febre, quæ tamen, continuato aquarum tepido usu, brevi facebit. *Pyrmontanæ aquæ*, nostris sunt in medendis hisce febribus præstantiores, etenim, principium illis non inest spirituosum tam subtile & moræ impatiens, quin leviter calefcere patientur igne, citra notabilem virium jaëstram, quod tamen, non sine majori virtutis dispersione, nostræ ferrent aquæ minerales.

Cum jam de aquis sermo sit mineralibus, pauca etjam, de *Aqua simplici frigida*, pro remedio in febre intermittente eximio a nonnullis vendita, heic differere, incongruum non fore, putaverim. *Lancisi* fuit dudum, in febre curanda intermittente, optimum Summo Pontifici datum consilium, ut febricitantes, etjam egentiores, per aestatem atque autumnum, ad potum cum vino adhiberent nivem, quò appetitus erigeretur prostratus <sup>1)</sup>; aquam etjam commendant frigidam, *Hippocrates*, *Galenus*, veterumque plures. Experientia tam horum priscæ medicinæ luminum, quam <sup>m)</sup> propriis observationibus permoti recentioris ævi medici, tenuissimam hanc medicinam suis suadent nonnulli ægrotantibus. Huc pertinent in primis *Nicol. Cres-*

<sup>1)</sup> de noxiis palud. effluv. L. 2. p. 206.

<sup>m)</sup> Cleghorn C. 3. p. 174.

*senzo Italus, n) & Cl. Lieutaud o)* Usum, ille,  
 aquæ nivatæ, ex Hispania receptum, indeque ab  
*Anton. Magliari* adhibitum, ad omnes vehemen-  
 ter laudat in universum febres, additis tamen cum  
 cautelis, quod in paroxysmi incremento propinari  
 debeat aqua, quo copiosius eo melius, observata-  
 que diæta valde parca. *Hic, (scilicet Lieutaud)*  
 aquam ita deperit frigidam, ut eandem Chinæ cor-  
 tice multis præstare parasangis, in tertiana præser-  
 tim febre curanda, existimet. Usum vero ejusdem  
 suadet per tres quatuorve dies pro omni adhiberi  
 potu, quo, non tantum tuto & cito ipsa felicissi-  
 me debelletur febris, verum etjam ne minimum  
 redditus periculum incurvant, qui hoc curatum iu-  
 rint aquæ beneficio. Quid, quod, eorum dolet ex-  
 perientiam inconsultam, quibus nec arrideat hoc  
 vulgatissimum nulliusque pretii remedium, quique  
 nec citra periculum illud per plures dies posse u-  
 surpari sentiant, cum tamen pluries ipsi contigerit  
 observasse, simplicissimum hocce præsidium, febres  
 non tantum leviores, verum aliis remedii doma-  
 ri nescias, *incantamenti instar* profligasse. p). Do-  
 lendum cum hoc **Auctore** Cl. pariter opinor,  
 cum

n) de nova Medicina aquæ, cum methodo ea utendi. *Italice.* Neap.  
 1727. 4:o

o) Synops. univ. Prax. Med. P. I. p. 37, 44. In *Act. Berol.* Vol.  
 VII. D. I. p. 47, 48. memorabiles etjam adferuntur nonnulli, aquæ fri-  
 gidae virium, effeſtus.

p) Cfr. *Senac de recond. febr. nat.* p. 164, aquam calidam etjam  
 mire extollit, utendique methodum tradit p. 177. atque *Thermalium*  
*Aquarum* efficaciam adversus Quartanam, laudat p. 228.

cum vilissimo omnibusque maxime obvio medicamine, (si vocanda sic erit aqua simplex,) ulteriora haud instituta fuisse experimenta, quibus, egregia hæc & celebrata ejus vis, adhuc vel confirmetur magis, vel plane improbetur. Quid enim optatius, salutique ægrotantium utilius, simplicissima hacce & nullo negotio cuicunque comparanda medicina, unquam excogitari posset mortalibus in febre intermitente, solatum? Sed de aqua jam hæc sufficient. De Martialis tamen antequam finis erit dicendis imponendus, paucissimis tangere decet verbis, Chemicum illud, ex *Marte & Auri*-*ti Sulphuris Antimonii* tantillo conflatum corpus, quod sub nomine venit notissimo *Croci Martis Antimonati Stahlii* q). Remedium hoc ab Authoris sui asseclis impense laudatur, ut in febribus intermitentibus summe proficuum & Chinæ cortice longe securius. r) A minori dosi, granis 4 vel 5, ad scrupulos usque duos, circa quartum febris paroxysmum, propinari tuto posse perhibent s). Diebus ceteris a febre liberis, *Ferrum* vel exhibent in *crocum simplicem* mutatum, vel etiam pilulas Stahlii balsamicas t).

Ad.

q) Compositionis modum invenire licet in *Chimie Medicinale de Martini* T. II. p. 79.

r) *Junckeri Conspect. Med. Theor.* Tab. 79. p. 652. & Tab. 80. p. 660.

s) *Buchwald Prodr. Act. Hafn. & Ejusd. Dissert. de Quartanæ curat. Resp. R. St. Henrici* p. 28, 29.

t) loc. citatis. Huc etiam referas *Flores Salis Ammoniaci Martiales*, ad gr. iij, ter de Nycthemero, inter præstantiora habitos quibusdama remedia.

Adstringentium denique remediorum agmen claudat merito ex minerali regno *Alumen*. Adstrictoria, forte omnium maxima, qualitate pollet hoc Sal; in usum nihilo minus contra febres intermitentes a quibusdam trahitur. Solum rarissime adhibetur, nisi cum spiritu vini, vel cerevisa calefacta sit sumendum *u*). Receptissimus vero est ejus cum nuce Moschata usus, eo nempe modo, ut a nativa parte misceantur optime, indeque bini dentur ante insultum *Scrupuli w*). Plebejis hoc arrisse medicamen, non miror, quibus nil interest quomodo curentur; ab emunctioris vero naris hominibus, immo medicis, in medelam efflagitari usum ipsius internum, vere noxium, miratu adhuc magis dignum reor; quid, quod, omnem extra fidem videtur, salinum hocce remedium cortici longe anteferri Pernviano, a *J. Furstenau x*).

In probando autem certissimo damno, quod pharmaco hocce manet utentes, e longinquo nobis haud opus erit argumentis petendis. In Nosodochio Upsaliensi Academico, casus sese obtulit ejusmodi lugendus, viri cujusdam, qui, a seri aluminosi usu, dira tam vexatus fuit alvi obstipatione, ut non nisi clysmatum beneficio eam reserare valuerit, quo tamen facto, mox pristina rediit obstipatio. Moritur tandem r̄eger, inque dissesto cadavere intestina crassa, mirandum dictu!, distenta tam fuerunt ultra

*u*) *Lange Tentam*: p. 198.

*w*) *Malosin Chimie Medicinale T. II. p. 480.*

*x*) in *Differ. de Alumine*, Rinteln, 1748.

ultra modum, atque gracilia qua texturam, ut pellicula fere eadem dixeris. Aluminis itaque internum iis relinquimus usum, qui, *volentes decipi, dum fallunt, tandem & fallentur ipsi.*

De usu remediorum in febre intermitte adstringentium, generaliter id tenendum censeo, quod plus adferant damni quam salutis, quidquid obganniant suis pertinaciter inhærentes opinionibus. Præpostoræ enim febris adstringentibus sufflaminationi, Oedematosi, maximam qua partem, corporis tumores, suorum debent originem. Post febrim, idoneis rite curaram remediis, majorem potius exercere virtutem hæc præsidia putarem, quippe quæ, caute tamen usurpata, tonum addendo partibus debilitatis, ut per poros cutis flaccidæ apertos, aër vetetur insinuari noxious, omni non carerent utilitate. Saltem non tam absconam hanc esse, de adstringentium emolumento conjecturam, suadent *pinguum* omnis generis, in febre intermitte, noxæ, quorum usu non intercepto, difficillime remediis tolli sinit febris, licet optimis, atque recidivæ immunes nunquam sunt ægroti; in promptu etiam ratio est, etenim, vim exerceant pinguis relaxantem, adstringenti e diametro oppositam, cujus effectus ex dictis in §. V.a satis constat.

### §. XVI.

## *Acria.*

In scenam iterum prodeunt *Acria*, quorum in

G

§. XI.

§. XI. mentionem feci antea. Id tantum discrimen intercedit, quod, quum loco citato, inter remedia, quæ ad Evacuantium Classem spectant, Diuretica, eadem retulerim, hac occasione, respectu ad eorundem *Corrodentem & Septicam* virtutem habito, *Alterantibus* hæcce ipsa jam adnumerem. E regno animali desumi, inque usum adversus febres intermittentes trahi *Stercora* (sit *venia verbis*) quorundam animalium, neminem, ne maxime rudem & inexpertem, fugere reor. Hujus sunt census *Suillum, Murinum* atque *Caninum Stercus*, quorum ultima bina, teste latent sub nomine in officinis *Nigri & Albi Græci*. Tanta gaudet vi septica & corrodente Album illud Græcum, ut acrius quidquam eodem sit inventu fere difficillimum; Etenim, caustico plane agit modo in corpus quodcumque obvium, acidi instar mineralis; Cautissimum itaque ejus internum fore usum, per se patet. A semi-Drachma ad Drachmam unam, aliis sociatum remediis, e. gr. Cort. Chinæ, summitatibus Absinthii, &c. &c., adjeſto Cinnamomi corticis tantillo, ante paroxysmum propinari solet, cum successu persæpe vere prospero. Pauperibus tamen atque plebejis hoc tantum commendes remedium, ne te tuamque artem ludibrio exponas, si honestioribus atque ditioribus, quibus nil arridet, quod carum non sit & pretiosum, tale præscripſeris medicamen.

Vegetabile regnum acerrima quædam nobis subministrat medicamenta simplicia, quorum internus usus, a prudentioribus semper damnatur. Ejusmodi

di sunt *Coccognidii baccæ*, quas contra febres intermitentes, perniciose devorat plebs insulsa. Externus autem talium remediorum securior est usus, dum, uti etiam mos est, corporis cuidam parti admoventur, ut irritationem excitent. Hunc præstant effectum *Ranunculus*, *Pericaria*, *Euphorbia*, *Plantæ Antiscorbuticae* atque *Bulbi alliacei*, &c. &c. \*)

Ex his parari solent, quæ dicuntur Epispastica & Sinapis, inque febribus intermittentibus a quibusdam usitantur, carpis manuum atque temporibus admota. Quid vero utilitatis hæc secum adferant præsidia, ad febrim tollendam, certo non liquet, cum caussam ipsius morbi haud aggredi videantur.

Inter *Septica*, quæ minerale suppeditat regnum primaria, omni jure me relaturum fore crederim, venenatissimum illud corpus Salino Metallicum, quod *Arsenicum* vocant. Effectum enim in corpore animali edit summe corrodentem atque horrendum, ipsoque Mercurii Sublimato vehementiorem, adeo ut internecioni tantum subdolæ animalium nobis infestorum, illius inserviat usus. Pharmacum, tali nocentissima vi præditum, in salutem adhiberi hominum, quis crederet unquam? In febre tamen intermittente, ab agyrtis & circumforaneis, vitam hominum parvi habentibus, diu satis ejus usum temerarium novimus fuisse commendatum. Pulveris Arsenicalis compositionem, contra febres intermitentes, a Chirurgis Castrenibus usitatam

---

\*) Cfr. *Lange Tentam. Med. physic.* p. 63.

tam tradit in *Actis Berolinensibus*, Goblius y), & apud Cl. Verlhof z) plures invenire licet Autores, qui alienam tantum adferunt de Arsenici usu experientiam. Tandem & Medici hujus veneni explorarunt efficaciam. Mich. Friccius, Medicus Ulmensis, primus febrifugum Arsenici usum celebravit, propriis experimentis a). In desuetudinem tamen fere jam abiit hoc toxicum, (utinam semper abeat!) quum ante decem, & quod excurrit, anno rum tempus, D. Jacobi Medicus Veimariensis, in *Actis Moguntiniis*, id denuo multa extollit laude b). In usum revocari jubet Arsenicum juxta hanc formulam:

Rc. Arsenici albi part. j.

Salis Tartari p. xij.

Coquantur in Aquæ font. p. CLXVIII. ad quantitatem dimidiā. Huic iterum affundatur tantum Aquæ, quantum coctione sit absumptum, adque conservationem addatur Spiritus Vini pauxillum.

Dosis sit hujus remedii, pro adulto homine g:tt. 30, infantibus vero, a guttis 6 ad & 16 usque, ter de die. In minutissimas quamvis partes divisum hac methodo videatur Arsenicum, de virtute tamen sua venenata nil fere amisisse hac præparatione, valde est probabile. Hoc saltem docent experimenta bina, quæ in Nosodochio Viennensi, ad methodum a Jacobi prescriptam, exactissime cœpit Archiater Störck c). Fue-

y) Dec. I. Vol. III. p. 92.

z) de Febribus. p. 41. not. a)

a) de virtute venenorū medica 1702.

b) Tom. I. p. 216. Ann. 1757.

c). Fuerunt nempe duo febricitantes, decocto Arsenicali usi, quorum *alter* a febre quidem liber evasit, sed postea ardorem persentiit in pectore summum, cum macie corporis & Alopecia, demumque febre Hætica correptus; *alter* qua partem tantummodo pristinam recuperavit sanitatem; etenim, interdum cum exiguis paroxysmis febris rediit, & ardor in pectore cum tussicula molesta, ægrotum diu vexavit. His etiam addere possum casum Studiosi cuiusdam heic Upsaliæ, qui, in tertiana vernali mixtura quadam usus fuit Arsenicali, indeque in Asthma cum tussi, febre profligata, incurrit, Phthisique tandem pulmonali medium sub æstatem consumtus, moritur. Hæc omnia luculentissime probant vim Arsenico, quocumque demum modo præparato, tamen adhuc inesse deleteriam, ut citra piaculum nec adhiberi interne possit. Mirari tamen convenit, Arsenici albi usum, a Georg. Heuermann d) in *Holsatia* & *Hafniæ*, receptissimum dici, ne ullo quidem cum infarto eventu. Auctori sit fides; pharmaco tamen nunquam non insido, diffisus semper; quumque securioribus nos ditet natura benigna remediis, iis est utendum, insecura in illud tempus differendo, quo lege careat necessitas, *satiusque sit anceps experiri remedium, quam nullum.*

### §. XVII.

### Tetra.

Hoc dignoscuntur odorum genere, præcipua, quæ do-

G 3

lo-

c) Trienn. Medic. p. 56.

d) Bemerkungen und Untersuchungen der ausübenden Arzneywissenschaft; Copenhaven T. I. p. 29. 1765.

lores & spasmos tollere valent remedia, ideo dicta *Antispasmodica* & *Anodyna*. *Virosa*, easdem cum tetricis in modica dosi plerumque exserunt vires, etsi in administratione eorum, cautiiores tamen nos gerere oporteat. Missis horum medicaminum speciali operandi modo atque virtutibus, in morboſa ſystematis nervosi affectione quacunque; id tantum mihi hoc loco erit negotii, ut, quid contra febres intermittentes, iſlorum valuerit uſus, longa annorum ſerie a Medicis receptus, breviter jam ostendam.

Ignoto fere *Opio*, vel faltem ante ſolemnem illius uſum, Hippocratis olim ævo, Narcotica tamen alia, utpote *Hyscynamus* & *Mandragora*, in his febribus fuere commendata e). Praeclaris vero poſtea virtutibus *Opii* in dies melius perſpetuis, ad pharmacum hocce ſolum, catervatim fere, conſugerunt Medici, *Græci*, *Arabes*, *Romani*, plures. Salutarem etiam id præſtitiffe effectum, teſtantur Auctorum elogia, quæ huic attexere, eò minus erit neceſſarium, quò melius nobis in hac re otium fecerit *Celebr. Tralles* f).

Temperare tamen mihi non poſsum, quin id faltem nominem *Opii encomium*, quod recentiori ætate reportavit in febre intermittente. In Gallia nempe, ante quindecim, & quod excurrit, annos, cum *Opio* instituit experientia D. *Berryat*, ad hæſce profligandas febres. Fuit ex ea opinione, quod *Opium*, omnium optime febriles coerceret motus ſpasticos, atque e diametro prorsus in cauſam ageret febris proximam, quam in affectu latitare creditit nervorum ſpasmodico. Methodus ejusdem in administratione *Opii*, ea fuit, ut ante paroxysmum *Laudanum* dederit liquidum *Sydenhami*, in infuso *Centaur.* min. eo potissimum tempore, quo, nec vis *Anodyna* ante insultum nimis cito disperderetur, nec post incoepum dudum paroxysmum, effectum nimis sero ederet. Hora circiter una

an-

e) *Hippocrates* in Libr. II. de Morb. §. 39.f) Uſus *Opii* Salubr. & Nox. Sect. II. Cap. II. p. 57, 58.

ante febris accessionem, remedium hocce optime dari fuit expertus. Ratione ad vehementiam paroxysmorum & ætatem ægrotantium habita, dosis semper variam propinare, ei fuit necessum. Infantibus, ætatis tenerioris annorum 3 ad 5, sex tantum Laudani guttas exhibuit, adultis e contra, a viginti ad triginta usque, innocue assumentes esse suadet. Methodo hac rite observata, raro admundum opus esse illius repetitione profitetur, et si tamen interdum, quo securior esset curatio, eandem cortice peregerit Peruviano g). Laudani liquidi virium periculum, et jam in nonnullis fecit Archiater Störk; experimenta vero omnem fere huic medicamini fidem derogarunt. Duos quidem febricitantes, illius ope, a febre tandem fuisse liberos, testatur; Langvidos vero eosdem postea, stupidosque longo tempore, cum anorexia & summa debilitate, frequentem cardiacorum & roborantium remediorum efflagitante usum, simul exponit; quid, quod, reliquos omnes perhibet multo gravius fuisse, ab opiatu usu, febre afflitos, immo alvo obstipatos, atque ebriosorum ad instar, mente quasi turbatos b).

Famosior etiam est, in Germania in primis, compositio Opio constans, nomine *Massæ pilularum Wildegansi i)* celebrata, quam quod, sicco, ut ajunt, pede, eandem nunc transire queam. Hæc pilularum massæ vario propinari sivevit modo, vel in pulverem redacta, cum Sale Ammoniaco, vel cum extracto quodam amaro, forma pilulari, ad 5, 6 pilulas pro dosi, ante paroxysmum tamen semper hora proxima, quo facto, æger calidum quocunque superbibit infusum, ut lenis sudor prorumpat. Pari ratione quoque, contra febres intermittentes adhibentur *Pilulæ*, sic dictæ, *Sedativæ Schulzii k).*

## §. XVI.

g) Mémoires de Mathem. & de Phys. à Paris. T. 2. 1755. p. 24.

b) Trienn. Medic. Ann. 2. 1758. p. 55.

i) Formul. vide in *Dispensator. Brandenburg.*

k) Formul. invenies apud S. Schulze de formulis. p. 161.



## §. XVIII.

Restat nunc, ut coronidis loco mentionem inferam methodi, a reliquis summe discrepantibus, qua, hoc morborum genus curatum etiam iri, sibi persuadent nonnulli. *Abstinentiam*, loquor, ab omni alimentorum genere, per plures dies exactissimam, quam, reluctante licet stomacho, toleranter tamen perseverant miseri ægrotantes, futuræ curationis suavissima spe unice permoti. Veterum dudum opinioni, inititur methodus hæcce vere singularis; etenim, suis ægrotis olim *Celus*, omnem fere dissuasit per plures dies, cibum, non nisi aquam calidam illis concedens, simulque mentionem facit *Heraclidis Tarentini*, qui, in quartana primum alvum ducendam, deinde in septimum diem abstinendum, commendavit. Sub ipsis paroxysmis hanc a cibo abstinentiam summe fore proficuam, quisque facile videt; utilitate etiam non carere omni, modicam & brevem interdiu inter paroxysmos, æque appetet, illis imprimis ægrotis, quorum ventriculus crudis adhuc atque immutatis scatet ingestis.

Diuturniorem vero plus justo abstinentiam, exitiali saepius in febre intermittente observarunt practici solertiores, eamque semper plus secum tulisse damni, quam emolumenti <sup>1)</sup>. Sed manum de tabula; nam

*Non, Lectores, Vobis scio quod cuncta placebunt,  
Nec mibi quæque placent, nunc me piget addere plura.*

---

1) Hujus rei adfert Ill. v. Sveten plura testimonie, in *Commentar. ad Aphor. 762.*

*Min Kåraſte Bror!*

Nu, min *Bror* lär tiden lida ;  
Du de vapn visa får,  
Dem Du nyttjar när Du går,  
Att för mänskors hålsa strida :  
Skönt Ditt prof för *Sala* folk  
Säkert til *Din* heder länder  
Jag dock dessa rader sänder,  
Blott som *Syfkon*-Kårleks tolk.

Lycka till ! ett vårck försvara,  
Som *Din* flit i ljuset brackt  
Och för vittra ögon lagt ;  
Jag vill mina loford spara :  
Lårdom är ej quinno-lott,  
Åmnet ej min kunskap hinner ;  
Jag af längtan endast brinner  
Dig at önska altskönns godt.

Doctors hatten lycklig blifve,  
Hålsan följe *Dina* fjåt :  
Himlens helga Majestät  
Dig sin nåd och bistånd gifve :  
Lef för Gud och nästan kår,  
Bibehåll Ditt nöjda sinne ,  
Haf i ömt ock kårligt minne  
Den *Din* enda *Syster* år.

Stockholm  
d. 25 Nov. 1771. FREDERICA LOVISA KÖNIG.

Experientissimo & Clarissimo  
D:no Licentiato.

Sveciæ jam nunc celebrantur, uno  
Ore, solertes Medici, suusque est  
Pæon illorum Patriæ, est Machaon  
Hippocratesque.

Hos sequi clarum, pretiosum & amplum.  
Semper ex voto Tibi fata cedant,  
Dum sagax pergis pede diligenti  
Semita eâdem.

Sive quærendi Gradus & Tiara,  
Sive sit morbus miseri fugandus,  
Sis felix opto, Generis Tui spes  
Atque Parentum!

Sic adit Numen precibus amicus  
Qui Lyram gratans tetigit, Tibique  
Semper addictus manet atque fidus  
Pectorc toto.

Holmiae A. MDCLXXI,  
d. IV. Cal. Decembr.

OL. SAM. TEMPELMAN:  
S. Ædil. R. Secr.